



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Jacobi Sadoleti Card. Et Episcopi Carpentoractensis Viri
Disertissimi, Opera quæ exstant omnia**

Sadoleto, Jacopo

[Francofurti], 1607

Iacobi Sadoleti Episc. Carpentoracti Epistolarum Lib. IX.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69244](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69244)

IACOBI SADOLETI EPISC.
CARPENTORACTI EPISTO-
larum Lib. IX. Epist. I.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.
Paulo III. Pontifici Maximo S. P. D.

P RIMUM, securi debeo, sanctitati tuæ gratulor, quod ad dignam suam virtute & prudentia rerum administrationem vocata, amplam habitura facultatem est, sese in maximis humani generis utilitatibus & commodis exerceret. Que vna actio cum propria summi istius honoris, tum beatæ & iucundæ vitæ effectrix mihi videtur. Et cum hoc gratulor, tum illud maximi facio, quod sine ambitione vlla, sine mora, contradicente nemine, omnibus suffragiis statim renunciata est: vt renunciatio iudicium fecerit dignitatis: ipsa verò celestis renuntiandi, apertè ostenderit, tantam tamque certam virtutem, quanta in te semper fuit, ad tantos motus rerum, quibus iactatur Respub. sedandos, & ad salutarem potum consiliis sapientibus dirigendos, quamprimum & quam maxime necessariam esse. Itaque & nomen, & virtus, & dignitas tua, tanta nunc apud omnes in opinione est: ita tua ad summum Pontificatum electio ab omnibus est accepta, vt non hominum consiliis, sed diuinitus facta esse videatur. Atque hæc quidem & populi huius in quo ego versor, & omnium Galliarum populorum ac principum est sententia. Audio enim multorum voces, & video vultus. Vt enim quisque hæc habet iter, ita ferè congregatur & colloquitur mecum. Non equidem possum tantum, quantum res est, præscribere. Sed hoc cerè scribo, quod intelligo, & sentio, nunquam animos hominū latiores, nunquam præteritones magis honorificas, nec crebriores laudes de villo Rom. Pont. exiisse: vt iam non sanctitati tuæ me gratulari, sed Christiano nomini vniuerso magis conueniat. Et cerè si res veritasque spectetur, boni & prudentis viri imperium procuratio est aiorum salutaris: cuius fructus utilitasque ad alios, ad ipsum verò qui imperat, voluptas & læticia rerum benè gerendarum pertinet. Habent igitur Christiane nationes quod expetebant: Pont. Maximum integra fama, summa virtute, singulari sapientia præditum. Roma verò ipsa orbis terrarum caput, summi dominicium Pontificatus, præter gaudium de principe, quod commune omnibus est, qua præcipuè affici voluptate est existimanda: tuæ ciuitatis suæ, & nobilissimo quidem ciue, qua tanto munere Dei immortalis, tantis honoribus, tot præmiis ornata, sit.

ga, condecorataque est? In quam tuæ sanctitatis liberalitas con-
 tinuè se effudit: ipsoque statim Pontificatus iustitio ciuibus
 ostendit, quam beneuolo animo eos amplecteretur, quos habe-
 ret patrie charitate, qua nulla est sanctior, sibi coniunctos. Sed
 ego, qui te quàm plurimis ab hinc annis probè habeo cogi-
 tum, qui ad has populares tuas illustresque virtutes, illas enim
 domesticas scio adiunctas esse, humanitatem, affabilitatem, ho-
 mitatem: & quam ego plurimi semper feci, facioque bonarum
 artium omnium, literarumque egregiam scientiam: is sum pater
 ceteros, qui omnibus debeo exultare lætitiis. Nam & mihi
 amantissimo Reipubl. optimi principis imperium maximo gaudio
 esse debet: & virtutes veneranti, prudentissimi, & licet in-
 dito, doctissimi. Illud verò non minimum ad animi mei lætitiarum
 iucunditatemque augendam pertinet, quod inter sanctitatem
 tuam & me familiaritas aliquando aliqua intercessit: que et
 minus fuit quotidianis à me officiis culta, propter diuersa quo-
 rum utriusque nostrum vitæ studia, dissimilesque occupationes
 tamen neque ego inquam tuam erga me beneuolentiam delib-
 rauit, neque sanctitas tua meam erga se obseruantiam nõ cognouit.
 Quam nunc quidem familiaritatem & amicitiam ad alia ver-
 bula translata esse vehementer gaudeo. Non enim mihi potest
 hac ad amicum, & ad patronum: sed ad principem, & dominum
 cõsugiendum erit: ampliore eius potestate benignè mihi facien-
 di, si usus venerit: eadem, ut spero, voluntate. Quapropter ego
 Deo omnipotenti maximas meritasque gratias, qui populo
 tam necessario tempore, talem Pontificem præficere est dig-
 tus. Tibique vnà & cuncto Christiano nomini iterum ac lætè
 gratulor. Forte enim confido, ut tua dignitas, atque gloria, cum ho-
 nore & maxima utilitate Christiani generis coniuncta sit futurum.
 Quod verò ad me propriè attinet, quoniam nõ habeo verba quo-
 bus sensum animi mei planè exprimam, sanctitatem tuam precor
 ut pro sua prudentia expendere ipsa & considerate velit, quo me
 gaudio repletum esse oporteat, ex honore summo amicissimi
 viri, doctissimi hominis, præstantissimi ciuis (siquidem ego quæ
 iam pridem ciuitate Romana donatus sum) quodque in primis
 & super omnia lætandum mihi est, optimi Pontificis, & pruden-
 tissimi, & liberalissimi: ut in tot causis lætandi & gratulandi
 cum gaudio meum abundet, verba animi non superent, sed
 sanctitatis interiorem voluntatem meam, ardentem studio
 que amore, non hæc externa voluntatis indicia, que in mea or-
 atione frigidiora multò sunt, accipere & comprobare. Quod si
 illud quoque non me indignum est, nec tibi ingratum, petere me
 à meo Principe quæ mihi opus sint: cum ego Pater sancte
 diu me in hanc meam Ecclesiasticam prouinciã receperim,

ambitionis studiis, neque opum aut diuitiarum deditis cupiditate, vnamque in ea mediocritate traducam, quæ tantum ad prope-
 llandas necessitates idonea sit: vnam illam habeo curam, affi-
 demque in animo meo cogitationem, vt huic sanè tenui & pusil-
 lo gregi, qui tamen mihi pro mea paruitate nimis magnus vide-
 tur, mea industria & diligentia alicui emolumento ad Christia-
 nam veritatem agnoscendas, eademque colendas esse possit. In quo
 sanctitas tua plurimum me adiuuerit, si iura quedam & facultate-
 res, quas mihi semper amabilis & commemorandus Pontifex
 Clemens septimus concesserat, ratas mihi & firmas esse iulle-
 rit. Quod vt faciat omni eum animi studio rogo atque depre-
 cor. Deus sanctitatem tuam, Pater beatissime, incolumem no-
 bis perpetuò conferuet. Pridie Idus Decemb. M.D.XXXIV. Carp.

II.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENT.

Paulo III. Pontifici Maximo S. P. D.

CVm & ætas mea iam in grauescens, eademque parum firma
 viribus: & ratio studiorum ac consiliorum meorum me de-
 tineret, quo minus (id quod ego maximè cupiebam, atque im-
 primis mihi conuenire arbitrabar) ad salutandam, venerandam
 que sanctitatem tuam ipsemet me conferrem: statui ad officium
 meum pertinere, aliquem pro me mittere, qui meam vicem ipse
 hoc munere fungeretur, meamque ad te obseruantiam bene-
 uolentiamque perferret: animumque omnem meum exponeret,
 cum virtutibus optimi Pontificis, tum gloriæ & laudis summi o-
 minium principis vehementer deditum. Nec verò in conquiren-
 do ac deligendo nuntio diutius dubitandum mihi fuit, quin
 huic iuuenem potissimum mitterem Paulum Sadoletum filium
 fratris mei: quem ego maxima cum cura ac diligentia educaui:
 & in quo quicquid vquam ex literarum studiis, quicquid ex v-
 rorum multarum atque magnarum consecutus sum (si modò quic-
 quam consequi potui) ita imprimere totum sum conatus, vt
 quod hoc laborarim & studuerim, satisfactum in eo à me natura,
 & patris meæ indulgentiæ erga ipsum susceptæ, fuerit: quod ve-
 ro mei labores speratum atque exoptatum exitum assecuti sint,
 maximam hoc nomine gratiam Deo immortalis debeam. Cer-
 te enim si quid est quod ego prestare aut polliceri possim, au-
 deo hoc palam commemorare & proferre, neque in bonis li-
 teris, neque in optimis & modestissimis moribus, neque in ea
 que ad gerendas res apta sit, fide, diligentia, taciturnitate, quic-
 quam me esse ausum optare, in quo non huius mihi iuuenis, &
 figuram, & voluntas humiliter responderit. Quo quidem

etiam nomine, & spe maxima in eo virtutis adductus, meis etiam
 accedentibus precibus optimus Pontifex Clemens singulari be-
 neficio adiutorem mihi cum in huius procuratione Ecclesie
 successorem dedit. Sed ut ad prima redeam, Cause mitentibus
 fuerunt, primum ut frueretur ipse aspectu & vultu sanctitatis
 oculisque presens perciperet eam voluptatem, quam ego ab
 cogitatione capere non desino. Deinde, ut coram tibi gratias
 meis verbis ageret, quod tui initio Pontificatus, mihi multa pe-
 tenti & postulanti, quæ ad meam & Ecclesie huius dignitatem
 commodumque pertinerent, nulla in re nec beneficentiam, nec
 liberalitatem tuam clausam volueris esse. Quam quidem ego san-
 ctitatis tue benignitatem erga me, ita inclusam in intimis man-
 sensibus habeo, ut sim omnino aliquando, si non gratiam (quæ
 horret enim mea tenuitas ab huiusmodi verbo) at similitudinem
 certe aliquam gratiæ relaturus. Postremo ob eam etiam cau-
 sam à me missus est, ut sanctitati tue, & meo, & suo, & Christi-
 anæ Reipub. totius nomine, gratularetur. Quanquam hæc gra-
 tulatio, neq; mea magis esse debet quam ceterorum omnium. Et
 si quod priuatum meum in gratulando officium quaeritur, ve-
 deor illi aliis meis ad ipsam literis fuisse satis. Verum, Patre sancto,
 in illis tunc spei, expectationi, quam de te omnes habu-
 bamus, sum gratulatus: nunc perpecta, ac cognita virtute
 tuæ gratulamur, & felicitati. Non enim obscuro est, nec le-
 tere iam quenquam potest, quo animo sanctitas tua Pontifica-
 tum gerat: quæ illis primis sui honoris diebus à liberalitate
 ga ciues, à cura placandæ & ordinandæ Urbis profecta, statim
 orbis terræ vniuersam salutem animo complexa est, suamque
 conuocando consilio voluntatem proposuit, cuius vel nomine
 ipso multorum antea animi terreri videbantur. Itaque solliciti
 & impii, omnibusque iis qui dissidium & confusionem in Ec-
 clesia Dei quaerunt, videbatur hoc tutissimum esse impietatis sui
 perfugium: ut cum castigarentur, cum monerentur, cum vel
 penitentiam, vel ad poenam vocarentur, ipsi ad concilij nomen
 confugerent, illudq; indici flagitarent, & polcerent. Quis non
 minus terroris ex eo principibus Ecclesie Catholice allatum
 quam in ipsis formidinis atque vecordia: ex male concecra-
 stimulis insideret. Atque hoc magnanimi Pontificis factum, & re-
 cuta illa est plena æquitate & sapientia in regendis hominibus
 ceteribus ratio: quod pluribus iam rebus & exemplis cognita
 est, placere sanctitati tuæ, idque imprimis tibi curæ esse, ut
 idem sit pauperi, & diuiti: ut ne potentia imbecillitatem oppri-
 mar: ut qui opibus plus possunt, iis illi ad iniuriam faciendam
 ne abutantur. Quod institutum conueniens præcipue, & dignum
 optimis principibus, sed iam desuetum, hinc penè in oblivione

admodum, tua sanctitas modo in consuetudinem & honorem
 venit. Hac & his similia multa cum sanctitas tua ad summum
 Pontificatum euecta esset, sperantes tum gratulabamur, nunc
 gratulamur experiri. Nec verò minus iusta ad latandum causa est,
 videlicet ea quae pulcherrimè facta sint, quàm sperasse futura: cum
 perferim illud quoque accedat, vt hæc tempora, has actiones,
 hanc tuæ sanctitatis honorem atque statum, diuina liberalitas
 prosperè comprobet. Quando enim tot iam seculis, tot cona-
 tionibus, tot Pontificibus, maiorum nostrorum voris atque ara-
 tibus datum est, id quod arari nunc est tributum nostræ, vt ho-
 stes Christianæ fidei, nostrum iam nomen, nostra arma, no-
 stras vires timere incipiant: qui antea libere omnia depopula-
 bantur, qui nos quotidianis damnis & cladibus affligebant, sem-
 perque hinc inde quæque sibi corripientes, nos angustis iam fi-
 nibus retinebant inclusos: hi nunc summi atque clarissimi o-
 minum principis Caroli Cæsaris virtute, sapientia, felicitate,
 tuæ sanctitatis copiis consiliisque iunantibus, toto repente ma-
 ni infuso depulsi, parte Africæ primaria, & vrbe opulentissima
 Thimete spoliati, de sua reliqua salute pertimescere coguntur.
 Cum Christiani generis antiqua virtus, quæ iam dudum hebes-
 cta & debilitata langueret, hoc præstantissimo duce & impe-
 ratore Carolo, non audeat nunc solum consistere aduersus im-
 pios hostes: sed pestem etiam illis exitiumque minetur. Quæ ego
 cuncta cum animo meo cogitans, summoque meo quodam
 perpetuoque amore in Christianam Remp. incitatus, cum cu-
 perem conferre cum sanctitate tua, & de his illi, & cum illa, Rei-
 pub. Christianæ gratulari, ipse verò in hæc locis iustissimis ratio-
 nibus retineret, nisi iuuencem hunc, tanquam me alterum, ima-
 ginem animi sensusque mei, qui eadem istuc perferret, coramque
 tuæ sanctitatis pedibus aduolurus, cum reliquis officij mei tibi
 debitis præstaret partes, tum de hac fortuna, de felicitate tempo-
 rum, deq. summis Dei omnipotentis erga nos beneficiis, quæ o-
 mnia cum laude sanctitatis tuæ coniuncta sunt, tibi & meo & suo
 nomine gratularetur. Quem ego natura penè filium, amore verò
 & iudicio verè vnicum mihi filium, rogo atque oro sanctitatem
 tuam, vt libenter atque humane pro sua clementia excipiat atq;
 auisat. Nullum ipse onus sanctitati tuæ est allaturus: nec quic-
 quam de illius fortuna ad suæ utilitatis fructum est allaturus: su-
 mus enim ambo mediocribus rebus sat contenti. Humanitatem
 tantum, & benignitatem tuam nobis expectamus, in qua vna no-
 bis sunt omnia: atq. vt faciles ipse aditus habeat, utq. illi & viden-
 ti, & aduendi, & interdum etiam alloquendi sui principis pote-
 ritas. Nam quod ad ipsum quidem atinet, cum ego volo, perfun-
 ctum officio suo & mulgere, ista vrbe perspecta, moribus curiæ
 N 5 cogni.



cognitis, veteribus amicis nostris conuentis, & confirmatis, ad me protinus reueri: quod eius pietate, & obsequantia, & Eminentissimi officii ad meae subsidium senectutis vehementer indigeat. Quae hoc mihi infestior impendere senectus videtur, quod in diorum assiduitas, a quibus auelli non possum, quotidie aliquam magis de meae aetatis succo, & viribus corporis detrahit. Itaque illum abesse a me non facile esse passurus, nisi si qua occasio incidere huiusmodi, ut actione aliqua preclara ac laudabili, ipsa quoque dignitatis, illius mens operaque occuparetur. In qua (quod considerem eum egregie facturum) explicare ipse ingenium suum, declarare industriam, nauare suam virtutem & Christianae Reipublicae sanctitati tuae posset. Sed haec quae meae potestatis non sunt, ad Dei consilium nobis sunt reicienda. Illud quod mihi beneficii fuit propositum, rursus deprecor sanctitatem tuam, ut tuum animum meum erga se, summamque obsequantiam agnoscat, & huic iuueni de sua humanitate impartire aliquid velit, nosque ambos habere in numero eorum qui sanctitatis tuae salutem, amplitudinem, laudi omni animi studio sunt dediti. Deus sanctitatem tuam custodiat, eiusque rectissima consilia ipsi & Christianae Reipublicae fortunet. VI. Idus Septemb. M. D. XXXV. Carpentoracii.

III.

IAC. SADO LETVS EPISC. CARPENT.

Paulo III. Pontifici Max. S. P. D.

Cum Pauli reditu ad nos, magna per se leticia me affectu, tum vero multo uberius gaudium meum factum est, humanitate earum literarum, quas sanctitas tua rescribere mihi dignata est. In illis enim non solum beneficii Principis erga fideles suum studium, sed optimi parentis indulgentia quaedam plane mihi esse expressa videtur. Itaque ego quemadmodum gratias sanctitati tuae agam, non reperio. Nec enim ad magnitudinem illius beneficiorum par a me ingenij vis, aut verborum copia adferri vlla potest. Neque vero ipsa rescriptis mihi solum liberaliter: sed liberalius etiam mecum egit, nullasque meas precas irritas accidere auribus suis passa est. In Paulo autem ipso, quod maxime cupiebam, id mihi in omnem partem cumulate praestitit, & ut illum ex meo testimonio benignitate sua liberaret complecteretur, & illius mox ingenio probitateque perspecta, assensu suo grauissimo comprobaret in eo fidem testimonij mei. Ita si mihi liberalitas optimi principis quaesita est, nihil fieri potuit beneficentius erga me, quam a sanctitate tua factum est, si iudicium atque honor, nihil ego expectare potui.

honoratus. Atque hæc Pater sancte indicia tam perspicua volun-
tatis erga me tuæ, si mihi ita tributa essent, ut aliqua ex par-
te merito meo viderentur data: haberem aliquid fortasse, in quo
mihi ipse iure gratularer. Sed cum nihil sit in me huiusmodi, per
quod sanctitas tua ad tantum benignitatis adducta esse videa-
tur, quantum esse onus illius gratiæ debet, quam ego sustineo:
& quam conceptam & inclusam intus in animo gerens, nullis
eum verbis neque factis apte queo expromere? Sed quoniam &
summo Principi decorum est, superare operibus suis hominum
perdicationem, & nobis infimis hominibus non inhonestum,
illius amplitudini maiestatiq; concedere: ago quidem gratias
sanctitati tuæ quantas possum maximas, agamq; semper: nec
quia eas studeam referre (quantum in me quidem erit situm) vl-
la me inquam rei difficultas deterrebit. Sed si illæ minores & le-
viores fuerint, quam aut merita tua, aut gratissima mea voluntas
possint, queso obtestorq;, ut id non natura meæ, sed magnitu-
dine tuæ, & beneficiorum tuorum attribuat. Cetera quæ Pau-
lus necum tuæ sanctitatis verbis egit, accuratèq; collocutus est
etiam ex quoq; ab eodem fonte benignitatis profecta sunt, inhi-
cunt tamen mihi grauem curam respondendi, ne aut vendere o-
peram meam iis, quibus debita iam dudum atq; obligata est: aut
occultam aliquam in me ambitionem dissimulare velle videar.
Sed opinor agam quod ingenio & libero animo maximè dignū
est: nec sine omni furo pure respondebo. Ego pater sancte nul-
lum grauius in commodum sentire possum, quam ex his locis a-
uelli, in quibus sum & sanctissimo voto & perpetuo firmoq; animi
iudicio non locatus solū, verū etiā affixus. Sed tamen vbi res
& tempora postulant, gerenturq; ea & administrantur, quæ ad
commodum Christiani nominis concordia cōsensionemq; spectā-
tia, magis ex bonitate & prudentia sanctitatis tuæ, quam ex con-
ditione temporum possunt expectari: non deero officio, nec di-
gnum meæ nullamq; operam, nullum diligentia, obseruantia
& pietatis studium, neq; à Christiana Repub. neq; à sanctitate
tua frustra desiderari ex me sinam. Extra hanc occasionem, cui
res ipsa valde utilis esse, non video. Sed tamen si quid præterea
fuerit ad sanctissima consilia de repub. Christiana pertinens, in
quo mea opera & præsentia sanctitati tuæ necessaria esse videa-
tur (quæ quomodo esse possit suspicari equidem non pos-
sum, rogam que grauisimo iudicio tuo permitto) sed si quid fue-
rit, ita ipsa de me merita est, ut & ad vocantem accedere, & im-
peranti parere prompto animo sim paratus. Confido enim e-
am pro sua æquitate & sapientia, sine magna, & maximè necessa-
ria causa, me ex his locis non euocaturam. Vnum illud semper ex-
cipio mihi, & referuo, ut nullam in partem commutato meæ for-

tuna statu, eis confectis rebus quae mihi mandata fuerint, ad
ditus mihi liber ad ecclesiam meam, exoptataque studia, & illi
eam animi tranquillitatem pateat, quam ego omnibus episcopi
atque honoribus longissime antepono. His de rebus ipsis, licet
ad amplissimum virum Gasparem Contarenum Cardinalem
sanctitati tuae omnem animi mei sensum copiosius exponere vo-
leat, agatque omnia feliciter sanctitas tua: quam omnipotens
Deus tua semper cura custodiaque tueatur. III. Id. Martii
M.D. XXXVI. Carpentoracti.

IV.

IACOB. SADOLET. EPISC. CARPENT.

Alexand. Farneso S. R. E. Cardin. S. P. D.

QVO tempore primum de tuo honore amplissimaque digni-
tate nuntius ex vrbe ad nos huc peruenit, etsi statim cogi-
tans existimare coepi, te, quamquam aetate adhuc esses adulescens
indole tamen virtutis, & commendatione ingenij dignum habi-
tum esse, cui tantus honos inre committeretur: tamen quomodo
festinarem dare ad te literas, tuarumque & praesentis, & speratae
pluritudini gratulari, illa res effecit: quod neque naturae meae, ut
instituti vnquam fuit, ita accurrere ad laudem & ad gratulatio-
nem, ut fortunam magis, quam iudicium securus videret. Inop-
erit te probe noueram, quo ex genere ortus, & in qua familia
ducatus esses, splendoremque & nobilitatem maiorum tuorum
in tuis iam nunc moribus & in tua indole ac natura lucere intui-
ligebam: tum saepe videram quo studio, quantaque cura
ac diligentia optimus & maximus nunc Pontifex, tunc etiam
semper hoc principatu dignissimus, erga omnes suos optimos
studijs & moribus imbuendos uti solitus esset: ut te illius lan-
guine creatum, praecipitumque eruditum, in eum virum quem opta-
remus, euasurum possemus iam confidere: tamen ne sic quidem
properandum mihi duxi: sed expectare volui, quoad certum aliquid
de te ipso ad nos perferretur. Postquam vero plurimum
litteris ac nuntijs, vnaque & constanti voce omnium, de tuo inge-
nio, tuaque modestia, deque optimis & liberalissimis moribus
laque imprimis admirabili comitate verè nobilitatis sortis, que
tu probos & doctos praecipue complecteris, fama ingens in-
buat: egoque tuam attentionem tuas quasdam legi literas diligenter dis-
pras, quibus cura & sollicitudo animi tui indicabatur: ut in eccle-
sia, quae ad Deum, & ad cultum religionis pertinent, ritibusque
integre administrarentur omnia, quam ego virtutem omnium
maximam esse iudico: tunc demum existimaui maturum esse
habere aliquid ad te, & tibi de tuis amplissimis ornamentis gratulari.

litem iam non ad incertam amplius spem, sed ad firmam &
 firmitatem de te opinionem, mea & læticia & gratulatio dirigetur.
 Gratulor igitur tibi, & ex animo gratulor: quod tum honore
 tuo quo es affectus, tum etiam spe quam de te eximiam summam
 virtutis præbes, magnum in te præsidium simul & ornamentum,
 cum ætas nostra habitura esse videatur, tum Christiana vniuersa
 Republica. Non enim tibi à tantis inijs, talibusque profecto,
 exiguum quicquam aut mediocre spectandum est: neque opes
 atque imperia cõ pertinent, vt augustinus finibus vel actionum vel
 temporum, magnorum virorum animus includatur. Sed tibi de
 te ipso se me dicendum iam & constituendum est, vt ita te insti-
 tuas atque appares, quod tua præstans virtus ac nobilitas, & publi-
 ca omnibus, & priuatim possit esse emolumento. Hæc enim vera
 dignitas est, etæque amplitudo, sic se exhibere cæteris, ingenijque
 & auctoritatis opes ita expositas omnium temporibus habere, vt
 ad aliorum laborum fructus, ad te ipsum læticia animi vo-
 luptasque perueniat. Quam recte agenda vitæ rationem qui se-
 cuta non fuit, ij non tam honore ipso, quam vanis insignibus ho-
 noris haberi sunt ornati: læpeque eos exitus habent, quos graue
 multum est commemorare: tibi autem videre & intelligere in prom-
 ptum est. Nihil enim stabile est in fortuna, neque perpetuum, quod
 presentis, & æquitatis, imprimisque humanitatis & modestiæ
 quibus vinculis quibusdam constrictum non sit: & cui præpotens
 Deum favor non accedat. Quo ab vno omnium bonorum & co-
 piam & perpetuitas nobis est petenda. Atque hæc scire agere, atque
 suscipere, videreque quibus consilijs quam optime & quam re-
 cte vitæ dirigatur, non minimum quidem ab ætate atque à
 ætate, sed plurimum ex literis philosophiæque acquiritur. Est enim
 et sola ars recte viuendi. Quæ è fontibus viujs, non ex riujs
 haurienda est, non ad instituendum duntaxat animum, sed ad or-
 ganandam quoque orationem adhibenda. Sed quid ago: aut quo-
 modo à suscepto gratulandi officio, ad quandam præcipiendi ra-
 tionem delabi me sum passus? qua tu non indiges. Aut si cæ tibi
 quoquo modo opportuna est, habes domesticum exemplum
 præstantissimæ virtutis, vnde formare te, & fingere ad omnem
 excellentiam queas. Tuus enim Maximus est Pontifex, tuus iste
 honor, & domus tuæ gloria: ex qua qui virtute & sapientia pri-
 matum semper fuit, idem in præsentia orbis terrarum est prin-
 cep. Sed ignosces ætati meæ, ei que amor quo in te mirifico sum
 necessus. Is enim me non sine vlla sollicitudine esse finit: nec de
 virtute tua quidem dubitantem, sed incredibilem de te hominũ
 exhortationem pertimescentem. Fecitque vt te admonerem,
 cum tu in hoc veluti theatrum publicæ de te lætitiæ & celebra-
 tiæ ingressus sis, tantis diuinis muneribus ornatus, quanta vix
 oprari

optari debere videantur. Et cum tibi natura excellens ingenium, fortuna insignem potentiam, maiorum virtus summam nobilitatem, domestica institutio morem honestum, consuetudinem splendendam, rudimenta artium ingenuarum peribilia tribuerit: vt inueneres & cogitares, quid expectari putas a quid tu reddere maioribus tuis, quid omnium spei de te sperare debeas. In quo tamen confido, Dei primum immortalis prope & beneficio, tua deinde virtute cum annis vna adolescentis te instrumentibus literis quarum tu optima & praeclarissima studia tibi delegisti, cunctorum te opinioni & votis plane fuisse facturum. Quod vt ita eueniat, tibi que iste honos semper tua laudi & felicitati sit, Deum eundem supplex omnibus precibus rogo atque oro. Vale. VI. Calend. Decemb. M.D.XXXVI. Carpentoracti.

V.

ALEX. FARNESIUS CARDINALIS Iacobus Sadoletus Episcopus Carpent. S.P.D.

Cum de summis ac praeclaris nostrae aetatis ingenii sermone apud nos saepius haberetur: audieram, Sadolete, ita virtutem laudari atque extolli tuam, vt te iam inde a pueritia mea inexcusabili quodam modo diligerem. Postea vero quam beneficia Pontificis sanctissimi atque optimi, sacerdotium mihi Augustinense est datum, eam intellexi amoris in te mei accessionem esse factam, quam & aetas iam adultior mea, & vicinitas sacerdotiorum nobis attulisset. Cum enim ad propinquas ac propere coniunctas administrationes electi essemus, videbam (id quod maxime vtrique nostrum conueniebat) fore, vt amicitia quoque & amore singulari coniungeremur. Itaque dum in hac cogitatione versarer, atque instituissem scribere iam ad te, ecce mihi afferuntur a Paulo Sadoletto iuvene tui simillimo meique amantissimo litera tuae, prudentiae, charitatis, humanitatisque plenissima. Hic me, quod idem facere meditantem antequam officioque vicisses, pudor quidam suffudit. Sed tamen literis tuis lectis, adeo grauitate ipsa, coniuncta cum summa facultate dicendi, sum delectatus, & illis optimis monitionibus tuis, vt eam ratione cursum, quem tenendum mihi antea staturam, addito ratione hortatu, multo sum alacrius persecutus: ac summum Pontificem, quemadmodum tu amicissimè & prudentissimè moues, semper mihi ad imitandum propositum habiturus. Quod quidem consequi vt commodius possim, gratissimum mihi foret, si saepe me ad eorum praeceptorum memoriam reuocetis. Excusationem tuam, quod gratulatio dignitatis mee non

si te properata, quam re probata, facile accipio: vel quia sic deo tibi magis, vel quia literæ tuæ nunquam mihi non iucundissimæ esse possunt. Itaque de eo te amo plurimum, quod fecisti: non acculo, quod reliquisti. Honoris autem nostri, sic videbor fructum esse amplissimum atque optatissimum consecutus, si multis prodero, si sapere, si maxime: & si officii mei munera parcesque tuebor. Quia quidem in re cum omnibus in locis, tum vero istis, quod ab ecclesia mea Auenionensi non longè abes, magno mihi adiumento esse potes. Nam & multa agi illic me adhibente, quæ necesse non esset, & multa omitti necessaria cum putem: unum te esse video, qui partim monendis procuratoribus meis, partim (quod commodo tuo fiat) scribendo ad me, valde ipsis rebus mederi queas. Quod ut facias, pro tua humanitate, & pro mea in te benivolentia, etiam argo, etiam rogo. De me verè illud tibi persuadeas velim, nemini me unquam esse, neque studio in rebus, neque sanctitate amicitia concedendum. Vale. XV. Cal. Februarii, M.DXXXVI. Roma.

VI.

104N. PETRVS CRASSVS EPISC. VI-
terbii Lac. Sadoletto Episc. Carpent. S.P.D.

Utrumque literas tuas ad Farnesium nostrum scriptas legi, tali me ipsum beneficio tuo affectum putavi, ut gratias tibi omnino agendas duxerim. In hac enim provincia, quæ Pontificis voluntate humeris meis imposita, meas vires longè exuperat, adhuc nulla plus adiumenti conatibus meis attulit. Gratulationem enim quam institueras, ea prudentia temperasti, ut gratulationi immixta exhortatio, sapientissimis consiliis & dulcissimo ac dulcissimo genere orationis, quemuis alienissimum sapere atque inflammare ad summum virtutis amorem poterat. Itaque nihil habui prius, quam ut eas literas mecum assidue haberem, & ad omnem loci & temporis opportunitatem, multis oculisque adolescentis offerrem. Quid enim regendæ custodiendæque adolescentiæ magis necessarium, quam assidua virtutis commendatio: qua & illa boni honestique incognita oculis pulchritudo, menti atque animo proponatur: & eximia virtutum premia, ingentia vitiorum damna, dedecora, exitia demonstrarentur: præcipue verò pietas ac religio sic altè insisteret, ut diuinum nomen dictis, factis, cogitatis omnibus semper præsens esse intelligatur. Quid igitur talibus literis tuis opportunius? Ego quidem non magis tibi ob illas iam scriptas aut tot agendas esse a me gratias, quam te iam etiam enixè rogandum, ut si tali es, quali ostendisti, erga maxime spei adolescen-

dolentem, erga Pontificem ipsum animo: si CHRISTI ecclesiam, cuius vel precipuo in praesidio loco hic adolescens posuerat ita diligis, ut tua spectata virtus omnibus persuadet: ut libere aliquid eiusmodi vel breuiter scriptum mittere perfereres. Etenim elegantissimo superioribus annis opusculo edito mirum studiorum & vitae rationem formasti, multaque ac praeclearo non modò ad docendos, verum etiam ad impellendos animos possidisti: magis tamen apud unumquemque valent, quae primum ipsi, quam quae publicè omnibus traduntur. Optima enim adolescentis natura, & diligens adhuc educatio, & iam gustata studia: praecipuè verò Pontificis voluntas & cura pro nobis vel optimam afferunt. Sed item magno vrin metu lubrica aetas, corrupti publicè mores, & magna haec ipsa formae facit: quae praeter cetera hoc quoque habet incommodi, quòd optimam fortunam pessimum quisque audivissimè conuolat. Etenim nos quidem infans aues, vndique quanta possumus vigilanter excludimus. Sed ne frustra id à nobis & parum diu fiat, magis animi ipsius, quam aedium aditus obseruandi sunt. Nec enim aut diu arceri, nisi displiceant: aut displicere vitiosi possunt, si vitia placeant. In hanc curam ac sollicitudinis partem bono animo libentissimè aduocari. Quoniam verò huc te peruenisse vel amor tuus, vel publica causa utilitatis adduxit: patre tuo credo te precibus meis eodem nec frustra reuocari, quò tu ipse praeter vltro venisti. Nemo vel ob doctrinam vel ob innocentiam, vel nominis famam, plus hac in re autoritatis te vno habere potest. Nec tu quicquam vel publicè vtilius, vel Pontifici gratius peruenisse efficere. Ego certe quantuluscumque sum, quot similis argumentis tibi literas tuas videro, totidem me beneficiis maximis tibi deum etum putabo. Vale. Romae, Pridie Idus Decembris, M.D.XXXV.

VII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENTORVM
Ioan. Petro Crasso Episc. Viterbii S. P. D.

CVm ad Alexandrum Farnesium tuum dedi eas literas, quibus tu in tuis mentionem facis, & ex quibus sumptimè occasionem scribendi ad me praeter fers: equidem eo volui officio, quod non tam prudentia mihi, quam meus perpetuus illam familiam amor, & quaedam mihi ingenerata voluntas omnia honesta & recta cupiendi, praescriberet. Sed verè deinde subuereri mihi interdum veniebat in mentem, ne parum expediret id negotij attigissem, quod minimè omnium mihi videtur convenire. Quis enim ego sum, qui has mihi partes assumendi docendi, & commonefaciendi florentissimi adolescentis, pro-

peritum & domestica exempla, & optimi domi doctores ad o-
 mne simul virtutis quotidie erudiant? Ego autem & longè
 ab illis, & nulla insigni facultate ad id agendum sum præditus?
 Sed ut dixi, dedi illud magis ei benevolentia, quæ mihi erga
 illum tam inde a maioribus ipsius suscepta est: quam aut emig-
 laro consilio, aut vili prudentia: satisque me honestè discessu-
 rum putans, si in perfensione amoris, temeritas tantum mea
 non reprehenderetur. Tu & comprobas factum, & sæpius idem
 velle tam rogas. Fateor tuam apud me auctoritatem esse pluri-
 mi, ac tunc id quidem. Etsi enim nulla familiari noticia con-
 munitate nos sumus: tuum tamen ingenium, ac excellens vir-
 tutis, cum multorum sepe testimonio ad me perlata est, tum
 in hac rogate epistola, quam ad me misisti, totam se mihi pe-
 nitentia patefecit. Non enim video quid potuerit scribi vel e-
 legentius, vel grauius. Mouet igitur multum auctoritas me-
 ra: sed hæc tenus mouet, ut quod adhuc à me factum est, id
 (quando te ita sentis, teque & autore vtore, & approbato) iam
 non impenderet, neque temerè videatur factum: simque ani-
 mo æquo ea de re, de qua antea non nihil dubitabam. Quod ve-
 rò decretem arbitrer sæpius ad idem reuertit, ne cadere quidem
 in cogitationem meam potest. Sicut enim me vnum maximè
 fraxo obonem cui obtemperetur, fidesque habeatur: quid me
 arrogantis? Siue curationi vestra ingero me, atque intrudo,
 cuius optime delecti ad id muneris estis: quid imprudentius
 dici potest cogitari potest? Ex quo mihi in mentem venit, mirari
 vim & grauitatem literarum tuarum, quæ me id videntur pru-
 dentissime rogare, quod ego præstare salua prudentia non pos-
 sum. Sed tamen mi optime Crasse, quando res magna agitur pu-
 blica, vtu discretissimè scribis, cuius partes vel præcipue com-
 munitate adolescenti sunt: demus operam omnes, quoad pos-
 sumus, ut bonum illius ingenium, optimaque ad virtutem in-
 doles, in regionibus officij contineantur. Quod summus Ponti-
 fex auctoritate atque exemplo, tu opera, consilio, assiduitate, e-
 gregie præter ceteros efficere potes. Nulla pars est earum, quas
 in eo inchoaras, & tanquam pubescentes perfici optamus, quæ
 non in te præclare appareat, absolutaque sit: siue meram graui-
 tatem querimus, siue optimarum artium scientiam. Egitere
 ergo, & labora, ut in vno homine ornando, atque expoliendo,
 in tantum a te beneficium habeat cuncta Respub. Nos quod in
 nobis est, studium tuum ac laborem, precibus votisque ad Deum
 suscipiemur. Nec, si occasio fuerit, in eo quoque deerimus, in
 qua tu operam nostram tibi aduocasti. Sed omnis spes in te
 est: quem ego cum antea diligebam, opinione virtutis, & mul-
 tum testimonio doctorum, proborumque: nunc meo certo

exploratoque iudicio ita diligo vehementer, magnique facili-
 nihil ut mihi neque tuis literis gratius, neque instituta bene-
 lentia optatius accidere potuisse videatur. Quam ut tamen
 conferres, abs te ita peto, si tu me mutuum facturum esse ce-
 mas. Vale.

VIII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPEN-
Gasp. Contaveno S. R. E. Card. S. P. D.

Siverbis multis, & illustribus tibi de recenti honore gra-
 vellem: verendum mihi arbitrater, ne in ea oratione nimis
 infiltens, & fortunæ inuenta aliquanto plus extollerem, et
 fortassis æquum sit: & pristinae tuæ amplissime dignitatis, et
 virtute maximè pendenda est, videret esse oblitus: dum gra-
 tulationem meam ad fortunam potius, quam ad eam ipsam
 te mihi adtingerem. Cum verò tu is vir sis, ea virtute, ea discreti-
 prudentia, integritateque præditus, ut omni honore laque
 dicere superior: gratulor equidem tibi, quod habiturus es
 cum tui & ingenii & animi in Christianæ Reipub. vtilitate
 commodis vberius explicandi. Et eo magis gratulor, quod
 raro adhuc exemplo ad obcundum summum & gerendum
 norem, nihil huiusmodi cogitans, alieno tantummodo ma-
 fueris vocatus. In quo sanè testimonium amplum est em-
 tantissimis virtutibus redditum. De ipso autem honore
 tulandum sit, honori mediisfidius magis gratulabor, et
 tibi: qui quamvis splendeat, illustrisque admodum sit, tu
 men dignitate ipse effectus est ornator. Sed ut quod sentio
 nè exprobram, ego omni tua amplitudine & dignitate, Car-
 rene optime, ita gaudeo & triumpho, ut nihil mihi sit optatius
 quam te videre autoritate & gratia profus florentissimum.
 Qui enim possum non incredibiliter letari honore eius, quod
 ex ipsius scriptis doctissimum, prudentissimum, et eius officio
 in me ipsum ab illo collata sunt, quotidieque conferuntur
 mantissimum, liberalissimum, meique imprimis aman-
 esse cognosco. Non essem dignus eis literis in quibus veritas
 hac vita, non hoc spiritu, denique homo non essem, si autem
 rillimas tuas virtutes non agnoscerem, aut quenquam omni-
 pluris facerem quam te: & nisi te omni amore, studio, obser-
 riaque complecterer. Ego cum tuam Reipub. a Superantibus
 cepi, cognovi tum primum quanti tu me faceres. Quare
 tempore mea benevolentia, que propter tuas eximias literas
 suscepta mihi in te erat, fieri cepit ardentior. Nam verò te
 Pauli mei literis intelligam, quanta tu illum humanitate

plus quam beneuolè tractes, quam multa signa des summi tui curam erga nos amoris, quem in suscipienda rerum & negotiorum meorum cura magis etiam declaras: quas me tibi agere gratias, am quibus vi verbis in meo tibi animo penitus patefaciendos oportet, ego planè ignoro. Tu subueni, quaeso, huic haesitationi meae, & ea verba, quae apta sunt ad gratiam meritam commemorandam, vicem meam excogita: quando egi tanti officii obere oppressus, minus illa despiciere, & inuestigare possim. Quae cum tu pro tuo summo ingenio facilè & prudenter inuenieris, omnibus me illis esse usum putato. Certè nihil tam ample, nec tam copiosè explicare poteris, quod gratam animi mei voluntatem superet. De tua Reipublica, quae sentiam, scripseram iam ad Paulam, ex quo iudicium meum potes cognouisse. Neque ad camen faciendum tam breuiter puto. Erit mihi locus ad hanc rem paratus, ut non solum tu, sed ceteri etiam intelligant, quantum tibi à me in omni genere virtutis sapientiaeque tribuatur: ad quod tempus me referuo. Interea hoc affirmo, nihil me videre, quod in ea vera prudentiae laude, quae cum studiis doctrinae commenda sit: inque eis actionibus, quae sunt ab integro animo liberalique profectae, quid vel ingenio tuo, vel in virtute in institutis vita rectius aut splendidius requiri ac desiderari possit. Sed hæc hæc hactenus. Ego & gratulor tibi, quemadmodum ante dixi: & maximas gratias ago: teque oro, ut tuum istum fuisse erga me amorem perpetuum mihi conferues: quo nihil maius charitas neque incunctus accidere omnino potest. Vale.
Carp. VII. Idus Nouemb. 1535.

IX.

IACOB. SADOLET. EPISC. CARPENT.

Gasp. Contareno S. R. E. Card. S. P. D.

Tua litteris causarum commemoratio, quibus tu iam pridem adductus ad me diligendum es, tantam mihi præ se ferre visa est & humanitatem simul, & erga me beneuolentiam, ut mihi sit quod audeam optare prolixius. Quod eo magis gratum & operum mihi accidit, quod tua ista eximia erga me voluntas, non amoris solum habet fructum, qui est in omni vita vnus suauissimus: sed iudicii quandam etiam dignitatem. Amari enim a tanto viro idem esse videtur proflus, ac probari. Quamquam sed tu quidem separatum etiam facis, ut de me commode crismare te scribas. Sed ego id ita interpretor, ut in beneuolentiae proceris parte ponendum esse videatur. Mihi verò, qui te iam diu non diligo solum, sed nam id quidem etiam mediocribus hominibus prestamus, sed propter excellentem tuam in omni genere
O 2 virtutis

virtutis ac literarum laudem & scientiam mirabiliter colere
 que adeo veneror: quanto opere esset elaborandum, si id
 nunc vellem, ut meus animus erga te cuiusmodi ille est, penitus
 manifestusque fieret? Quod quoniam & longioris
 poris negotium esset, & grauioris cura, supercedebo quidem
 scribendi onere, meque ad commodius aliquod tempus refero.
 A te verò impræsentia petam, teque plurimum precabor
 quod & ago maximè, & maximè impetrare a te cupio, ut
 eo incensum erga te amoris studio esse existimes, quod ego
 literis satis persequi, nec verbis commode quam exponere
 haecenus quod ad amorem attinet. Quod verò tuam ad
 nitatem, quæ illi potest quasi oratio par inueniri: cum per
 rim tu ea me omnibus partibus epistolæ tuæ ita alligata
 atque constringas, ut respirandi locus non sit. Qui te prima
 nostrum ordinem adscitum esse dicis, eamque rem amabilem
 uolentiam in me tuam asseueras. Quasi verò idem sit eiusdem
 dignitas esse, & multo superiore in loco atque honore esse pot
 nisi tu eum omni mihi dignitate plurimum antecellas, in
 tate parem te efficere vis. Immo ego istud gratulor & tuum
 quod tibi tuisque clarissimis virtutibus meritis honor datum
 Atque ille ita datus, ut plus tamè in te omnibus dignitate,
 in honore ipso situm esse videatur. At ego si mediocrem hu
 tuo si conferatur honorem (qui tamen mihi nimium magnus
 non indignissime gesserò, præclare mihi à Deo factum am
 bor. Nam quod fungar, eo ut oportet conueniensque est, au
 neus quidem ad cogitandum sum. Sed & hoc, & omnia ad
 à nobis referenda sunt. Paulum meum quod amas & comp
 ris, mirabiliter gaudeo. Spero enim eum, quem optam temp
 optimum & rectissimis moribus ornatum esse, tua imprimis
 fuerunt etiam meliorem. Quod labores non paruos meos
 susceperis, ago equidem tibi gratias. Sed (ut dixi) non me
 pere audeo aggredi, quod me perficere posse distido. In his
 omnibus tua illa apparet extatque humanitas: quæ me
 cludit, ut neque inde incipiam, neque ubi desinam, statuer
 possim. Quæ quidem in eo maximè clarissimeque se ostendit
 que mihi præbet noscendum penitus & conspiciendum: quod
 tam ingenuè, tam aperte, tam familiariter quæ in meis
 desiderares exposuisti. Ex quo quidem ego vel maximam
 moris erga me argumentum capio. Facit autem tua præsentia
 citina atque autoritas, ut maximam mihi curam suscipere
 putem, quod tibi animi mei sensum penitus aperiam. Ego
 cum Epistolam illam Pauli mihi exponendam sum pisset, in
 commentariis multorum interpretum diu essem voluntarius

mihi videbar assequi id quod cupiebam, ut in Apostoli sensum,
 sententias introirem. Sed cum ingenium, & doctrinam, & pietatem
 illorum magnopere approbarem: erat tamen nescio quid in
 Pauli occultis atque abstrusis, quò illi vix dum mihi penetra-
 se videbantur. Itaque alium studendi & inuestigandi modum se-
 cutus, in Paulo ipso legendo, atque omnibus modis pensando
 ac perscrutando, quam maxime me, & quam diutissime exer-
 cuit laboreque tandem & diligentia contendi, quoad ad eius in-
 tentum sensum pervenire mihi visus sum. Verè, an falso, nihil
 in hoc ad rem: non enim aliud, quam quod visum est, loquor. Sed
 cum arctas qualdam illius sententias, plurimum ad pietatem &
 cognitionem Christiani mysterij facientes, adeptum esse me ar-
 bitrari: non putavi charitatis Christianæ esse, qualecunque id
 hunc esset, diutius illud inclusum continere. Itaque cõmentarios
 illos scribere sum aggressus: in quibus quod maxime obscurum
 mihi, & sanctæ fidei quidem acceptum & creditum, ratione autem
 ignotum esse videbatur, mortis & crucis **CHRISTI** myster-
 ium totum aperire atque illustrare sum conatus: causasque &
 rationes exponere, quamobrem salus nostra necessariò requisi-
 visset in mandum venire **CHRISTUM**: atque uti mortuus est,
 ita cum morti: quoque modo non exemplum solum in eo sic a
 nobis agere vitæ, sed etiam mysterium nostræ & vitæ & salutis
 erituri. Atque hoc feci Pauli sententias constantes sibi semper
 in hoc argumento (ut mihi quidem videretur) & verba ipsa perfe-
 cuta. Quod autem parcius fui in præveniente Dei gratia expli-
 canda, quam par esset: agnoscio cum errore, cum tibi ita vide-
 retur. Sed tamen & Græcorum, & Latinorum veterum exponendi
 morem secutus, à proposito Pauli argumento non discessi. Scis
 enim ipsè, quam tara de hac re mentio ac distinctio à Chryso-
 stomo in hac Epistola quidem habeatur: quam non multa à Theo-
 phylacto, & ab Euthymio, cui ego sententias Basilij, Chryso-
 stomi que referenti, in Epistolis Pauli enodandis tribuo permul-
 tum. Ambrosius quoque non admodum sæpe ad illam diverti-
 tur. Credo, quod satis illis videbatur, ad Dei gratiam omnia vi-
 nere & referre, quod in eorum scriptis creberrimè inuenitur: præ-
 sertim cum certamen nullum propositum haberent, quod eos
 cogere tam tenuiter distinguere: quod fuit Augustino ne-
 cesse bellum sanctum & salutare aduersus Pelagium gerenti. Ve-
 rumtamen ego, quibus in locis Paulus, ansam mihi dedit, ita sum
 de Spiritu sancto locutus, ut & principia & fines Christianorum
 veritatem illi omnium attribuerim. Sicut in illis verbis facio, quæ
 Paulus dicit, quod charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per
 spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quo in loco (quem te re-
 legere & ponderare vehementer cupio) non solum à Spiritu san-

do haec omnia in nobis fieri: sed quemadmodum etiam
 atque ve Spiritum illum vere sanctum in nobis habeamus, pe-
 re ante oculos omnibus conatus sum. Quam quidem euiden-
 timis rationibus (ve puto) penè demonstrationem factam pla-
 que interpretum cum ad eum locum venirent, collaudantes
 tum modo (idq; iure & merito) benignitatem summi Dei, ve
 seopulum quemdam refugiebant. Habes Chrysostomum, Thi-
 phylactium, Ambrosium, quos legere potes. Sed & illorum
 quidam Spiritum adoptionis habemus, in quo clamamus Abba-
 ter: de hac Spiritus sancti item & vi in nobis, & gratia, non
 non praetermissi. Non sum equidem iislem verbis vris, ve pro-
 nientem subsequenterq; gratiam appellarem. Sed sensus tuus
 (ve opinor) idem est. De natura autem nostra inbecillitate,
 in peccatum & mortem ab Adam inducta est, plura in col-
 verba facio, qua Paulus eandem rem de Adam & de peccato
 in omne humanum genus translatione loquitur. Et tamen
 tibi assentior, potuisse me opportunè aliquibus in locis de
 ipso morbo naturae nostrae, & de reparatione nostri alium a
 riu sancto facta disputare. Sed si id praetermissum est, alio
 Deo iuvante (vt tu prudentissimè consulis) reponetur: ve-
 tius iam vt reponam, cogito. Scripsit enim ad me Lugduno
 phius, se librum meum iterum impressurum esse. Faciam ego
 interpositionem aliquam, per quam haec res tota breuiter
 quidem, sed tamen aptè, & quod satis sit, declaretur. Quod si
 re liber Venetiis esset imprimendus; de quo scripsit ad me Lu-
 lus nescio quid, euperem magnoperè: idq; te etiam atque te
 rogatu vellem, dares omnem operam, vt ne ante hanc se-
 Lugdunensem impressionem id fieret: quò exiret in manum
 minium liber correctior & purior. Hanc rem tibi ita commenda-
 vt veriore animi studio commendare eam non possim. Nam
 hoc plus erit in Lugdunensi libro, & nonnulla quoque alia, q-
 (vt sit) à me vel mutata vel interposita sunt. De iniuriis bonorum
 voluntatum, & de eiusmodi genere toto, securus equidem
 Graecos auctores libentius. Praesertim cum Augustinus non
 se explicare mihi videatur. Verùm & Latini veteres eadem quae
 Graeci sententiam tenuerunt. Nec putavi hoc fraudè religio-
 nostrae fore, si aliquid in nostra voluntate nobis relictum
 que item nunc puto, tantis & tam magnis auctoribus mem-
 dum illud modò ne sentiam, à quo animus abhorret, aliquando
 operibus nostris promereri, quod à diuina gratia profectum
 sit. Et haec quidem Catholica Ecclesia nobis praescribit
 quantum ego scire possim, ne meritum vllum ex nobis trans-
 ex nobis constitutum. De cetero Pelagianum esse non putamus
 in iniuriis aliquid retineamus, quod sit nostrum. Sed tamen

nam in his non humanam laudem quaerimus, sed nostram & aliorum florem, cedendum semper est maiorum auctoritati: idque ratio habet, quod doctissimus vir dixerit, hoc est, Gaspar Contareus. Nam reliqua quidem obiecta hominis illius, facillimam habent responsum. Non enim me attingunt: neque ego in meo libro aliud dico, quam quod ipse differit esse dicendum. Vnum graue erratum nuper commentarios meos relegens ipse deprehendit, quod nescio quo pacto mihi exciderit: est enim profusum a mea mente alienum. De quo & Lugdunum statim dedi literas, ut corrigere. Et ad Paulum scribo, tecum ut communicet, quando in tanta benignitate, tantoque studio eam de me curam habebis, ut si frater tuus essem, maiorem suscipere non posses. Cuius tunc humanissima & naturae & voluntati viciniam aliquid gratiam. Conabor quidem certe: nec tu me vniquam ingratum aut inmemorem iudicabis. Vale amplissime & doctissime Contarene, nosque semper dilige tui obseruantissimos. VI. Calendas Decembris, M. D. XXXV. Carpentoracti.

X.

IAC. SADOLETUS EPISC. CARPENT.

Gasp. Contareno S. R. E. Cardinali S. P. D.

Non enim iam interuallum est, ex quo accepi tuas humanissimas literas, quas tu ad quartum Calendas Ianuarij dedisti: quae mihi in omni genere mirabiliter satisfecerunt. Nulla enim est res in illis praetermissa, quae vel ad sapientissimum hominem, vel ad amicum officiosissimum, vel ad grauem & sanctum autorem Christianae pietatis pertineat. Certe nunquam tuae literae ad me perueniant, quin deferant secum effigiem eius viri, quem ego talem esse posse vix vnquam credidi: his praesertim moribus, & his temporibus. Itaque incredibilem amore incensus, & nouo quodam inflammatus studio, tui colendi, amplectendi, in oculis ferendi. In quo habeo propositum mihi exemplar eius vitae virtutisque imitandas, quae maxime beata vita contineri mihi videtur. Sed cum tu iurio tuarum literarum tantum labores in excusanda facilitate responsionis tuae, quam ad meas superiores literas distuleras, qua in te quidem peccati nihil fuit: quid mihi nunc reo vererimini agendum est? Faciam breue opinor, & ad tuam facilitatelem elementiamque confugiam: teque orabo & deprecabor, ut mihi lapsio in hunc errorem veniam des. Nec tamen velim existimes me aut negligentia, aut obliuione tui, aut quod officij inmemor sum factus, duobus iam mensibus rescribere ad te distulisse. Nihil horum est. Sed cum scripserit Paulus ad me, quaedam te secum de me locutum, quae vehementer ad me pertine-

O 4 rent,

rent, & que ipse nonnihil in literis significasset, vberius ante
 coram se communicaturum diceret: expectare illius aduentum
 ante volui, quam ad te scriberem ne si nihil ad te rescripsisset
 de illis rebus, aut tacere in grate, aut dissimulare callide videretur.
 Omnia autem quae opus essent, scribere plane tunc non potui.
 Eo factum est, vt ad hunc diem vique fuerim retardatus. Quae
 verum idonea sit excusatio, necne sit, ego ignoro: vera certe
 certe abs te accipienda, si tua singulari humanitati, eximiae
 aequitati constare voles. Quod te facturum esse non dubito. Nam
 eis partibus Epistolae tuae omittis, quibus tu humanissime finis
 & modestissime meum de te iudicium imminuis atque eleua-
 tuum de me amplificas, atque auges: cum iam decretum scriba-
 catum inter nos sit, quod ego abs te diligar, totum id esse huma-
 nitatis tuae: quod verò ipse te eolam atque admirer, tuis practica-
 tissimis vir utibus omne deberi: veniamus ad ea quae rem ipsam
 continent. In quibus illud primum de commentariis meis est
 quod mihi aliquanto ante Lugdunum erant, quum inter me
 hominem illum res conuenisset, ideo non fuerunt corre-
 omnia loca, quae ab eo adducta in controuersiam sunt. Sed quum
 tu me admonuisti, de eo missa est ad Gryphium additio. Etenim
 alia nonnulla, quae ego sponte mutaueram. Neque tamca videri
 in his ipsis quae notata sunt, quid iure reprehensum esse videtur
 cum verborum meorum sensus, id quod patet Latine intelligi
 ti, in plerisque locis fugerit reprehensorem. Quod a me tibi
 taxat vni indicatum volo. Locum illum Elsaie correxi libello
 fo ad Gryphium, cum iam liber ad exitum ferme adductus
 cetera fere eodem modo se habent. Et quoniam nunc de hoc
 nere rerum inter nos sermo est: cum scripsissem ad Paulum,
 quadam in re leuiter a te dissidere, idque mihi dixerit, cupere
 scire, vbi, & qua de re sit dissentio: primum tibi practico meo
 illa de libero arbitrio sententia non omnino assentiri Augu-
 no: qui libertatem nostrae voluntatis perspicue aufert: dum
 Dei gloriam maxime complecti vult, videtur mihi illi deo
 aliquid potius, quam quod debeat, tribuere. Haec si essent
 vna, librosque in manibus haberemus, facile me tibi proban-
 rum considerem. Sunt enim in eo ipso, de quo loquimur, doctri-
 sino nimirum sanctissimoque doctore, profus manifesta, quae
 in illam extremam & remotissimam sententiam se contulit, &
 haereticorum & contentione disputandi (vt ego quidem au-
 rior) magis, quam considerara, & quieta ratiocinatione solu-
 tus. Nec tamen si non consentio cum Augustino, ideo ab Ec-
 clesia Catholica dissentio: quae tribus tantum Pelagij capitulis
 improbatis, cetera libera ingenii & disputationibus relictis.
 De quibus ego meam sententiam in Commentariis protulim, &

michi arrogans: (absit enim hoc à me) sed tantum ingenuè quid sentirem, exponens. Quod verò tu affers, moueri te verbis illis, quæ apud Paulum sunt, qua ille ait, Deum ut notas faceret diuinitatis gloriæ suæ in vasa misericordiæ, quæ preparauerat in gloriis, & quæ sequuntur: hæc ego verba quemadmodum interpretari a quo explanem, ne longum sit epistola complecti, ad meam expositionem horum ipsorum verborum in Commentariis meis referentio. Quæ quod abs te leguntur, gratum mihi est, sed tuis tantis studiis atque occupationibus parum arbitror accommodatum: cum præsertim fontes à riuus non mutantur: legere te nostra magis mihi honorificum sit, quam tibi vile. Sed tu vobis. Ego quidem hoc labore & onere, quod propter tuam admirabilem humanitatem mea causa suscipis, profusus te libero. Fratrem tuum mortuum, non noueram: sed quia tuus erat frater, cum præclare de eius virtute ac natura sentio, tum illum nobis creptum esse doleo, quem ego amo mediussidius etiam vitam fructum, Deumque immortalem deprecor, ut illi ipse propitius & liberalis sine cælestis gratiæ sit. Tuam quidem animi firmitatem, sapientiam, religionem, & miror, & meritis laudibus in cælum fero, qui tam mansuetè & patienter decreta Dei accipias. Verum de his satis: responsum enim ferme est ad omne argumentum ratorum literarum. Nunc veniamus ad ea quæ pertinent ad me: pluribus mihi verbis exposita à Paulo, accurateque narrata. In quibus illud non nouum, quoddam inuisibile erga me beneuolentia omnibus locis se ostendit: cui aliquando vitam referam meritam gratiam: Hoc nouum, quoddam de honore meo atque ornamentis cogitans, id agis ac moliris, quo nil meis rationibus inueniri potest inimicitius. Ego enim vitam beatam in libertate animi, & in tranquillitate, eisque agendis & suscipiendis rebus, quæ libera nostra voluntate dependant, positam esse duco. Cuius etiam generis facultatem quandam nactus, exerceo me in illa, quod quidem possum quantumque mihi tenuitas mea, Dei alia ope, suppeditat & elargitur. Quæ ab hoc genere vite dissident alienaque sunt, tanquam aduersaria mihi & molesta multum, abiectio atque repudiio: neque vllum eorum appetitum atque scilicet ad animum meum introire sino. Quod acriore etiam iudicio facere mihi video, quod virtusque vite vim conditionemque expertus, statuerè facile possum, quantum hæc illi in omni ratione beatitudinis antecellat. At interest Reipub. (cognoui enim ex eodem Paulo rationes omnes & disputationes tuas, plenissimas nempe & pietatis & doctrine.) O doctissime, & optime Constantine vitam te ista spes nunquam deceptura sit. Tu eximia adhuc quadam bonitate verâque prudentia & integritate ad hoc spectaculum adducis: cum quod optimum factum esse intelligis, &

illis ipsis salutare, quorum causa es sollicitus, id iam factum
 confidis, & existimas. Quod secus longe est, atque vitam me
 ser. An tu arbitrare, si esset spes aliquid praecclare salutariter
 agendi, quin ego memetipsum essem expositurus atque oblatum
 non dico ad honores, (improbi enim illud hominis est & non
 Deo, sed sibi fauentis & inseruentis) sed in mortem atque crea-
 cem, ut caput Apostolorum dixit: cum quicquid meo incommo-
 do & damno Reipub. pareretur, ego maximum meum lucrum es-
 timaturus essem? Sed (crede mihi) temporum horum vita, si
 corrupta studia, itam probitatem sapientiamque non recipiant
 Caput (ut spero) egregie probum habemus: hoc est Pontificem
 ipsum, cogitantem & cupientem ea quae se digna sunt. Sed non
 plus ille potest, quam temporum peruerficias. Aegrotat enim cor-
 pus Reipub. & eo morbi genere aegrotat, quod praesentem medi-
 cinam respuit: magisq; esset longo circuitu ad partem aliquam
 sanitatis reuocandum; sicut ipsum paulatim curriculo temporum
 in hanc rabiem delapsum est. Multis (inquam) vigiliis, pluribus
 remediis, dissimulatisq; saepenumero consiliis, salus esset & digne-
 ras Christianae Reipub. restituenda. Ac quoquo modo res qui-
 dem succellura sit, si conuentus is ageretur, de quo expectatio
 adero vna vobiscum, nec deserat partes meas, quantum illa con-
 sunt, meumq; officium pium & debitum, tum Deo atq; Reipub.
 tum isti Sanctae sedi Apostolicae praestabo: teque & videbo, &
 complectar ita libenter, ut nullam maiorem latitiam animo meo
 sum percepturus. Interea onus hoc feram, quod ab Deo mihi in-
 iunctum atq; impositum est, si non aprè, & robuste, ut integrum
 & fortem decet, at certe non contumaciter. In quo pro mea par-
 te sanè inseruiam Reipub. cum meum pensum curabo. Aliquan-
 tumq; hic tamen proficiam: qui si illic essem, nec proficere quicquam
 possem, & proprium meum munus curationemque rebus
 querem. Quam obrem si me amabis (quod profectò facies) con-
 siles huic otio & tranquillitati meae. Quae si mihi salua peme-
 nebit, vberius erga te poterò esse gratus, quam si in illos fluctus
 & turbidas rerum agitationes me conuicerem. Itaque rogo te
 que obsecro, per fidem amicitiae nostrae, quam laudè inter nos
 constitutam, ad extremum diem vique inuiolatam perdurauit
 sumus, ut suscipias otij & libertatis meae patrocinium: atque ad
 ea mente, de me quam susceperis, desistas: meumque hunc cha-
 ritatem, qui mihi maxime cordi est, & quo vitam ipsam non habeo
 chariorem, saluum mihi praestes, atque incolumem: de quo pro-
 ximum spei in tua autoritate, & prudentia, & amore aduersum
 me, reposurum habeo. Ego de hac re ad summum Pontificem
 scribens, ingenuè illi quidem animum meum expono. Sed et
 tu subsequare literarum mearum sententiam tuis amantissimis

verbis atque consiliis (sic enim te facturum Pontifici pollicitus sum) peto a te magnoperè etiam atque etiam. Paulus tuus iam magis quam meus, nonnulla ad te meis verbis perferibit, ad rationes horum temporum spectantia: quorum vel supprimendorum, vel proferendorum tua erit potestas. Vale. III. Idus Martij, M. D. XXXV. I. Carpentoracti.

XI.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP.
Nic. Archiepisc. Capua S. R. E. Card. S. P. D.

ITERAR tuæ perbreues, sed amoris humanitatisque plenissimæ, hoc mihi etiam fuerunt iucundiores, quod manu tua scriptæ, illud ipsam testimonium de quo scribis nostræ perpetuæ & constantis amicitia, grauius multo faciebant. Etsi illud in eis nimis liberaliter: quod mihi ea honorum cognomina attribuis, quæ ego vobis summatis libenter facileque concedo. Nam mihi sane paruitas mea est voluptati, quæ in tranquillitate animi, otioque literario posita letatur. Florere autem amplis titulis, & honorum ea insignia obtinere, quæ cum magnis curis & negotiis coniuncta sint, magis in te, ceterisque amicis meis, quam in memetipso gratum mihi est. Vestro enim patrocinio, vestro labore & opera, nos viuimus paciores. Quanquam nullus quidem mihi amicus est te antiquior, ac ne beneuolentior quidem. Ita enim & ad me scripsit, quoad in vrbe mansit, Paulus & reuersus ad nos illud idem vehementius confirmauit, nullum sine æte studium, nullum in dieium amoris, quod quidem optari poterit aut debuerit, defuisse: cum & in dâferenda ope tua, indagatum in se beneuolentiam & in communicandis maximis rebus, summam fidem: & in omni sermone vsuque familiari, egregiam tuam comitatem se expertum esse, plurimumque adamasse retulisset. Quæ mihi omnia iucunda auditu, ipsa te pergrata, non quidem præter spem, sed tamen supra spem mihi tributa sunt: ut tantum tibi pro illis gratia debeam, quantum nostræ amicitia patitur. Ea porro vult, ut animo magis quam verbis gratiam memoriam officiorum comprehendamus: quod tibi quidem a me, & amplitudini tuæ nunquam deerit. Tu quando mihi contemnam studium & autoritatem & operam amantissimis verbis polliceris atque defers, summo me omnium beneficio affectus, si amorem istum tuum erga me conseruaueris.

Vale. III. Id. Martij, M. D. XXXVI.
Carpentoracti.

IAC.

IAC. SADOLETYS EPISC. CARPENT.

Mario Maffeo Volaterrano, Episcopo Cauallicensi

S. P. D.

PAULVS ad nos reuersus, tanta se abs te comitate, ac tunc laute & liberaliter acceptum esse narrat: eosque se leporem in te perspexisse ingenij, vrbauitatis, elegantiae, vt difficillimum omnium rerum sibi fuisse assermet, istinc se auellere, & ad nos proficisci, cum in explicabili penè glutino admirabilis cuiusdam suauitatis teneretur. Quod ego, Mari, vti illi venisse non miror est enim hoc propriè tuum, & semper fuit, vt Syrenarum melodiam non Mutianarum illarum, quibus Sanoia noster illudebat, sed cordatis enim profectò & hominum illorum & temporum suarum, quarum ex ore Homerus mellitissimas narrationes rerum gestarum manare dicit, homines captos tibi victosque detineas. Nam si ego cum Romæ ambo essemus, semper te appetebam, assidueque tecum esse cupiebam, cum repelleret a te, abstererer, omnibusque modis congressus meos deuitare, quòd naturam illam tuam suauitatem lumpa ad tempus vocas, vultusque asperitas obscurare non poterat: quid nunc debuit uenire Paulo, cui tu non solum omnes venustates tuas, quæ plurimæ sunt, & amabilissimæ: sed animum, domum, penam omnem patefecisti? Est est in eo quiddam quòd me inuideo. Quod enim fato mihi infortunato contigit, vt te ita facili & hospitium non sim vsus: cum nemo vnquam fuerit alienis cois tantopere addictus, vt ego eram tuis: quarum vnum illud condimentum orat potissimum, quòd te frui ipso, ac vesci tum maxime licebat. Itaque putasne me tantam iacturam leporem, omnisque amonitatis, æquo etiam nunc animo perferre posse, quibus tuarum sui paucitate cognarum priuatus? Sed acta ne agamus. Quòd tantam humanitatem in Paulum ostenderit, valde mihi gratum: quid enim tuus iam est magis, quam meus: semperque in ore meum tuum habet: neque loquendo, neque predicando de te, iactari vnquam videtur. Ab eo etiam accepi tuas literas, amantissimum quidem scriptas, sed nimis festinanter. Video enim tibi propositum fuisse, vt citò te exolveres. Vt ut est, gratia tamen est habenda, quòd abs te dignatus sim sonantibus illis vocabulis, quibus me vsque ed reuereris, vt magnus esse homo videatur, tantisper dum tuas lego. Nam vt à lectione earum digressus sum, statim irideo ipse memet: nec tantam in me potentiam auctoritatemque reperio, vt tu tam grauitet reuereri debeas. Sed cum ioco. Ego mihi abs te familiarissime scribi volo, atque ita, vt

Quae vetus coniunctio plena iucundissima libertatis etiam nunc,
 quod potest, in literis redoleat. Phædri inscriptionem, quem
 modo ad te misit, gratam tibi esse gaudeo vehementer. Gratiarum
 ad honorem respuo, meum enim fuit relinquere aliquid monu-
 mentum amicitiae nostrae, meique summi & perpetui erga te a-
 more: idque nisi fecissem, magis agrestis, quam cum id feci,
 officiosus debeo existimari. Sed tu agis mecum liberaliter, cum
 de his gratias agis, quae a me praetermissi salvo officio non pos-
 sunt. Illud magis expecto a te, ut quando ego tantum tuo iudi-
 cio tribuo, quantum certe paucissimum, ita legas librum, at-
 que expendas, ut quoad eius fieri poterit, nihil obrectatione
 dignum in eo relinquatur. Quod tuo imprimis acumine, & ca-
 ram certum praestanti scientia de quibus in libro agitur, me asse-
 qui posse confido. Quod mihi extremis tuis literis gratularis,
 quod dignum & benemeritum successorem mihi delegerim, id
 enim ego feci bono (ut videbar) consilio adductus: tamen actio-
 nes meas tibi probari mirabiliter letor. Etenim tunc maxime
 nostris operibus delectamur, cum ea ab optimo quoque laudari
 intelligimus. Vinam Deus nostra consilia fortunet. Nos certe
 id spectamus, ut in ipso amore nostro & iudicio, maiores tamen
 virtutis partes, quam consanguinitatis existerent. Sed haec haec
 meo. Ego & fat recte, ut nunc est, me habeo: & tibi semper rectif-
 sime esse cupio: petoque a te ut tibi certo persuadeas, te à me con-
 stanter & singulariter diligi. Vale. IV. Calend. Aprilis, M. D.
 XXXVI. Carpent.

XIII.

IAC. SADOL. EPISC. CARPENT.

*Laurent. Grana Signina, & Mario Aligero, Rheatis
 Episcopis, S. P. D.*

Quae digressus à vobis, Romam versus iter facerem: eo que
 itinere assidue ob animum vestra mihi virtus atque huma-
 nitas esse perlata: simul ut urbem attingi, paululumque orij mihi
 datum est, nihil habui antiquius, quam ad vos scribere, & facere
 vos de mea omni voluntate certiores. Verè enim dicam, cum ve-
 nissimam Bononiam, ac multa antea ipse de benevolentia in me
 vestra esse mihi pollicitus: re tamen ipsa expertus sum, supera-
 ram etiam opinionem meam vestris officiis: nihilque esse a vo-
 bis pretermittendum, quod vel hospitii & peregrinanti officiosus
 homo, vel amicissimus amicissimo praestare posset. Itaque illo
 primo occurtu congressuque vestro, omnis ea maestitia quae ani-
 mam meum obfederat, probe depulsa est. Cum enim subinui-
 tus,

rus; & contra animi sententiam iter illud suscepissim, pietatem
 atque officium in eo, non vllum meum commodum se curat, et
 constanter id faciebam, quod recti consilij nequaquam me per-
 niterebat: tamen infidebat in animo quidam dolor, quod fuit
 meis, atque ea tranquillitate vite, quam ego maximè exopto-
 moque, vacare me aliquandiu necesse esse intelligebam. Inca-
 igitur in eos, qui & primi, & precipuè illa me curare leuare por-
 runt. In vestris enim vultibus, vestrisque sermonibus plenissimè
 officij, suauitatis, benevolentie, tunc primùm conueniens
 dique & perspexi, quod fidelis amicitia est proprium, mei nomi-
 nis charitatem nequaquam apud vos ex diuturna absentia me
 imminutam fuisse. Quo quid mihi potuit accidere optatum: E-
 enim alter vestrum vetusta mihi familiaritate, alter recentè et
 copulatus: tamen eandem propè vim habet nature bonitas
 noua amicitia conglutinanda, quam fides in vetere conferua-
 da. Firmè enim ad summum celeriter peruenit, quod firmè
 validis radicibus est nixum. Quo in genere virtus magnas partes
 obtinet. Quæ eùm excellat in ambobus vobis, in me autem
 pso non tam expressa illa quidem, quam quibusdam quasi licet
 mentis sit inchoata: quid mirum si & tu, optime ac doctissimè
 Grana, perpetuò me constanterque dilexisti: & tu Martianus
 sime vix dum de facie cognitum, amare tamen cepisti: Quam-
 quam huius quidem amoris erga me, omnisque officij quod mi-
 hi tribuistis; causa in vestra singulari humanitate polita est. De
 qua habeo vobis magnam gratiam: neque reculo, nisi patri-
 bus benevolentia respondero, quin me ex hominibus non est
 numero iudicetis. Respondebo enim certè, neque patiar me
 in amicitia officio a quoquam vinciri: cum id presertim non tam
 in rebus atque factis, quæ plerumque fortuna & occasio sunt,
 quam in fideli & beneuola voluntate sit positum. Quæ nunquam
 vobis a me deerit, neque vlla vnquam efficiet dies, vt tallium &
 virorum & amicorum memoria apud animū meum obsoleat.
 Atque huius promissi animiq; mei quo benevolentiam meam
 vobis dedo dicoq; has literas volui esse testes: vt intelligeretis,
 quæ studia in me contrulstis, ea longè mihi gratissima acciden-
 Reliquum est, vt vos rogem (id quod minimè videmini esse
 gandi, sed tamen id more & consuetudine faciendum est) vt pro-
 stinum erga me amorem conferuetis, plurimamq; meis vobis
 Sfortie nostro legato amplissimo nuntietis salutem: gratiasque
 illi agatis, quod ab eo & humanissimè acceptus, & hospitaliter
 illius donis, quibus me opipare muneratus est, edoctusque
 sum, meum illi aduentum & gratum & iucundum exte-
 risse. Valete. V. L. Nouembris, M. D.
 XXXVI. Ex Vrbe.

XIV.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP. MARIO
Musæo Volaterrano Episcopo Cauallicensi, S.P.D.

Redo iam ad te esse perlatum; me accitum a Pontifice Maximo, statuisse suscipere hoc iter: accedereq; ad eam Urbem, in quam a me olim certo consilio relicta, nulla alia ratio, præter eam quæ nobis propofita est, si fortè videlicet succurreret nos possit periculis communibus, me valuisset retrahere. Quamquam ad hoc quidem tanti ponderis negotium, mea & auctoritas tenuis, & ingenij facultas admodum exigua est. Sed fit hoc illius fortasse error, qui hoc de me iudicium fecit: mihi quidem optima adest voluntas, cætera ab aliis meliora querenda sunt. Nec tamen hoc mihi fuit propositum, ut de hisce rebus ad te scriberem. Illud meæ proprium argumentum est epistolæ, ut cum ego sine te, neque urbem hanc, neque eam quam vivo vitam, aut vitam esse, aut urbem existimem: quod omnis mea sanctorum, omne periculum curarum molestiarumq; mearum, omnis deniq; animi mei læticia in tuo mihi optatissimo complexo conspectuq; profusè reposita est: te quidem orem atq; obsecro, ut facias mihi tui præsentis copiam. Etsi quid eius amoris adhuc relidet in te, quem erga me sæpe offendisti, ne graueris capere breuissimum hoc iter, quod ego longissimum sum emensus, quantis meis incommodis & detrimentis non dico: illud tantum dico, in quo satis incommodi est, aduersus certè omnem animi meæ penitentiam: sed & officio seruendum, & religioni fidei. Illud tibi confirmo, me toto hoc itinere incredibiliq; illa quam capiebam itineris molestia, te mihi vnum propositum semper habuisse, in cuius beneuolentia & suauitate omnem essem auergerem & sollicitudinem animi depositurus. Itaque quoties reuocare me a tristitioribus curis ad aliquam animi hilaritatem & lætiam instituebam, ad te ipsum protinus cogitatione reuerterer meusq; erat vnus in mente mihi & in sermone Marius. Ille consolator mæstitiæ meæ, ille animi confirmator: in hoc denique dulcissimo & mihi carissimo nomine acquiescebam. Postea vero quam veni ad urbem, neque te hic offendi: quid dicam Marti? pater me proferre, quam percussus animo & destitutus fuerim: ut mihi sordere & iacere omnia viderentur, cum tu decisses vnus: qui tamen mihi es pro omnibus. Et si cæterorum quidem officia amicorum mihi non defunt: sed illa mihi sic grata & iocunda futura sunt, si sale condita fuerint venustatis tuæ. Itaque in maximo desiderio tui videndi & complectendi sum: neque aliam spem vllam habeo reliquam huius non longi temporis, quo Romæ sum mansurus, cum aliqua leuatiōe molestiæ tra-

ducen-

ducendi, nisi tu dederis hoc vel amicitia nostra, vel humanitate tua, ut nos tibi visendos esse statuas, conferasque te aliquid sper in hanc urbem: que priuata conspectu tuo, ceteris quae diligunt, ornamento suo spoliata, mihi vni deserta & penitens derelicta visa est. Na si in itinere, inanis illa de te cogitatio tantum potuit, ut meos omnes labores faceret leuiiores: quid faceret viua vox, quid vultus, quid ista significatio amoris, si tu causa adductus huc tereretur? Credas mihi velim, non potest tantum exprimere, quantum mihi in animo est, vel studij, vel beneuolentiae, vel ardoris, ut te tuaque & sperata & experita consuetudine aliquandiu perfruar. Quod quidem minime longum futurum sit: statutum enim mihi est, secundum Martium me semet urbanas res relinquere, & vel proficisci Mauriam, si aeger conuentus is qui indictus est: vel in Galliam reuerti, vbi necdum habeo & studiorum meorum, & omnis mei otij actus tranquillitatis domicilium. Quae res cum ita sese habeat, & haec occasione amissa, deinde facultas nulla futura sit, quae sustentationis vtriusque nostrum spe iterum congregandi inter nos amplectendi: quo me dolore affectum iri putas, si haec me exspectatio, ac spes, quam nunc penes in manibus habeo, fruentem fuerit frustrata? qui te vnum omnium plurimum & dilectissimum per, & diligo: tecumque cum sum, quod creberrime sum expertus, nulla omnino molestia, neque grauiore sollicitudine deprimi. Quamobrem Mari optime atque humanissime, non humanitatis solum tuae, sed etiam eius virtutis & integritatis, quam in colenda amicitia semper adhibuisti, hanc hodie tuis precibus, ut te hic presentem quamprimum habeamus, sollicitateque tua efficere, ut quamuis mea animi incitatio longorem orationem desideret, tua tamen natura propensa ad moderandum, breuiore contenta fuisse videatur. In quo & tam similibus eris, & urbanis omnibus facies gratum: me quidem tibi incredibili quadam letitia & summo beneficio affectetis. V. Nonas Nouemb. M. D. XXXVI. Ex Vrbe.

XV.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARPENTORVM
Anton. Suriano Patricio Veneto S. P. D.

Cum venissem ad Urbem, a Pontifice maximo (quod te non ignorare arbitror) accersitus: atque ibidem de tua erga me beneuola voluntate complurium & grauium mihique amicum meorum hominum testimonij cognouissem: faciendum mihi putauit, id quod meae & naturae & instituti est, ut scriberem ad te, ageremque tibi pro tua praestanti humanitate gratias. Vixit



tibi confirmo, cum multa eueniant in vita, quæ hominibus gra-
 ta accidere solent, nihil tamen mihi contingere potuisse opta-
 tibus, quam a te tali viro, omnibus & virtutis ornamentis, & for-
 tunc ac nobilitatis præditi, mei absentis famam innocentiam-
 que defensam esse, cum essem iniustus criminibus appetitus. Quid
 enim à me alienius, quam velle desistere ab eis maiorum no-
 strorum sententiis, in quibus constanter & firmè retinendis sa-
 lus & beata nostra vita consistit? Sed siue ille fuit quorundam er-
 ror, siue religionis, vt videbatur, defendendæ studium: (non enim
 adducor, vt malevolentiam fuisse credam) tu mihi ea officia præ-
 stisti, quæ vel frater fratri, vel filio prestare indulgens pater so-
 let. Nam & testimoniis tuis meam integritatem commendauit-
 isti, & illas falsas quorundam de me suspiciones ægerimè ferre
 præ te tuisti. Quæ si aliquo meo erga te merito tributa mihi
 ab te essent, permagni tamen essent estimanda. Cum verò tu
 nullis meis prouocatus officiis, ita tamen parteis meas tutandas
 susceperis, vt si frater tuus fuisset: quo me studio gratiæ, quòque
 obligationis vinculo tibi esse obstrictum putas? Equidem gau-
 deo te cum virum esse, cui optimo iure omnis honos debeatur,
 etiam si nulla fortè deberetur gratia. Quid enim ingenio & do-
 ctina tua, quid prudentiæ & virtutis laude illustrius? Cum verò
 ad hæc tot tamque eximia in te ornamenta, illud etiam acce-
 dit, vt maximo tuo beneficio tibi deuinctus sim: crede mihi An-
 toni Suriane optime atque ornatissime, inter eos qui te amant
 & colunt, quorum, cum tu talis, tamque benefica & liberali na-
 tura præditus sis, magnam profectò necesse est esse copiam: me-
 ritæ primas appetiturum esse partes, vt nihil sis vnquam in me i-
 pio quod in constanti & fideli amicitia requiratur desideratu-
 rus. Itaque & quantum virtuti deberur honoris, id tibi à me
 nunquam deerit. Et quantum beneficio gratiæ totum tibi à me
 præstitum est, vt omnia mea officia & studia in te potissimum
 semper sim collaturus. Quòd si aliqua mihi oblata fuerit occa-
 sio, qua me tibi gratum & memorem probare possim, agam id
 ipse per me: sin a te fuero admonitus, efficiam vt intelligas,
 neminem te habere, cui aut fidentius imperare quæ velis, aut de
 quo plura tibi & maiora polliceri queas. Quæ quidem non ab
 opibus fortunæ, quæ tenues mihi sunt, sed ab amore & fide con-
 stantis amicitia possint proficisci. Interea iucundam nomi-
 nis tui memoriam summa cum fide benevolentiaque
 conseruabo. Vale. IV. Non. Nouembris,

M. D. XXXVI. Romæ.

P

IAC.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARENVS

Antonio Pulleoni Siculo S. P. D.

IVEVNDISSIMAS accepi tuas literas XVIII. Calendas
 Octobris datas: quibus perspexi curam & sollicitudinem
 cui, quam de salute mea suscepisses, cum audivisses (vix
 totum ferme id bellum, quod in Gallia provincia gestum est,
 aios esse translatum. Quod autem adiungis in eisdem literis
 dere te, quoddam summo Pontifice accersitus, honestissima
 ne ex illis periculis essem emeriturus: equidem recognosco
 rem tuum pristinum erga me, teq; in ea sententia esse plane
 persuasero. Sed profectio mi Pulleo alio ego modo metior
 ris & Episcopi officia, ac tu fortasse putas esse merienda.
 enim illi terrores aut pericula terrere me debuerunt, ut
 illinc cuperem: sed magis gregis mei timor ac perturbatio
 me custodia retinere, ut in vigilando & gubernando tali
 tempore essem attentior. Quod & feci: omnemque rationem
 periculi, & salutis meae cum vicibus meis communicavi:
 illis cepi separatim vllum consilium, quod mihi vni proficere
 posset. Itaque cum in medio ipso tumultu belli ac periculo
 Pontificis ad me essent allatae, quae me huc accirent: eo
 fui, ut nisi prius Cives meos extra omne discrimen posuiss
 rem, non fuerim venturus. Sed Dei immortalis benignitate
 clementia haud ita multo post pacatis rebus pacem illi reg
 bus reddita, non duxi tergiversandum, quin me conferens
 hanc urbem. Inuitus quidem & gemens, quod nil mihi
 contra animi sententiam potuit accidere, quam cogi te hanc
 studia & literulas meas in pace, in quibus antea bello fuiss
 terpellatus. Verum tamen ea causa afferebatur accersendi
 atque is mihi proponebatur optimorum consiliorum fructus
 me impium adversus Deum iudicaturus fuerim, si non par
 eius mandatis, qui me ad praclarissimas actiones vocandi
 fuisset. Itaq; hoc animo e meis locis sedibusque egressus
 nunc sum: expectoq; quam mox aliquid agatur, non mod
 gnium Optimi Pontif. virtute ac prudentia, sed etiam leu
 horum temporum calamitatibus necessarium. Eo enim
 (quod te non lateat) Christiana est Respub. ut nisi aliquid
 medij adhibeatur, omnia omnino ruitura sint. Sed hoc De
 derit, cuius ego numini & voluntati totum me dedo per
 que. De me autem ipso, meoq; animo erga te, sic existimare
 Pulleo (quod tamen te facere tuae indicant literae) nihil
 esse in amore amicitiaq; coniunctus. Nam & iudicia quod

per de te feci, cum de tua integritate, virtute, prudentia, honorifi-
 centissimè iudicavi, permanet idem apud me: & in suscepta erga
 te benevolentia constantissimè maneo: partim sponte, & consue-
 tudine naturæ meæ: partim verò maximè tuo in me perpetuo
 atq; insigni amore prouocatus. Cognoui enim te in omni tempo-
 re mihi esse amicissimum. Itaque quam me putas cupere, vt tu no-
 bissem vna hic adesses? atq; his interesset negotiis (si modò vl-
 lum tractabitur negotium) cum intelligam tuam præstantem
 prudentiam magno Reipubl. posse esse adiumento: Quod si mea
 pondus haberet autoritas, contenderem & eniterer, vt tu vocare-
 re, tuæque nobiscum consilia conferres. Nunc optare id licet,
 sperare laudæ licet. Quanquam te honore & administratio-
 ne honorissimè muneris à summo Pontifice ornatum esse tua
 causa vehementer gaudeo, tibi que eam rem laudi atque emolu-
 mento esse opto. Sanctius tuus ægrotabat cum ego ad Urbem ve-
 nis, necque adhuc morbo satis leuatus est: itaque eum nec videre
 potui, nec alloqui. Quod sanè mihi fuit incommodum: hominis
 enim & probi, & experientis, opera atq; opportunitate carendū
 fuit: quum ego mediū fidius & tua & ipsius causâ non mediocri-
 ter diligo. Paulus nobiscum est vna, magno pretereque me in rebus
 omnibus adiuvat, particepsque est curarum consiliorumque
 meorum. Is tibi præstat benevolentiam quam debet, nec men-
 tionem tui ferè intermittere sinit. Nos ambo te singulariter ama-
 mus, salumque & florentem esse cupimus: petimusq; à te more
 tantum magis, quam quod necesse sit, vt solita tuam erga nos be-
 nevolentiam tueare, atq; conferues. Vale. Idib. Nouemb. M. D.
 XXXVI. Ex Vrbe.

XVII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP.

Benedicto Accolto Cardinali S. P. D.

NOX potuit amantius neq; liberalius scribi, quam scriptum
 est in eis literis, quas I III. Non. Nouembris, ad me do-
 disti. Place enim referta illæ fuerunt humanitatis, suauitatis, be-
 nevolentie: & (quod in eiusmodi re mihi propè admirabile vi-
 sum est) singularis etiam prudentiæ. Video enim te, cum fortiter
 & inuicè feras casus humanos, in commemoratione tamen
 nostræ necessitudinis, & in amicitie memoria remollescere a-
 nimo, quod est bonitatis: molesteque ferre, quòd me & videre, &
 alloqui prætereuntem non potuisses. Quo mihi quoque ipsi ni-
 hil occidere potuit durius. Cum enim redirem ad eam urbem
 subitans, vnde, bonis etiam rebus meis, certo consilio discer-
 seram: vna illa consolatione sustentabar, quòd reuisurus eram

P 2 amig

amicos veteres, & in eorum congressu ac colloquio meo
 omnem depositurus, quicumque mihi iucundissimum otium
 linquenti, & in eisdem, quos prius, fluctus è tutissimò ac tra-
 quillissimo portu me referenti, ad animum obrepisset. Quod
 mihi aliqua ex parte contigit (certè enim multorum sum & tu-
 ru & animo amicissimo exceptus) te tamen vnum abesse, ex
 amicorum omnium, molestissimè ferebam. Itaque te tantum
 teruallo videre amplectique incredibiliter cupio: quod appete-
 re vere faciendum mihi est. Còstitui enim in Vrbe hyemem
 manere. Qua confecta, aut ad Contentum publicum profectus
 rus Mantuam sum, si modò vllus is ageretur: aut in Galliam, meo
 ad propriam stationem reuerturus. Istac vitæque iter factum
 optatissimo conspectu & sermone tuo ad arbitrium meum
 fruatur. Quanquam non disido summum hunc pontificem, in
 singulari bonitate & clementia, honoris tui, ac dignitatis
 nem quandoque habiturum. Quòd autem scribis ad me, iam
 dum tibi esse, me in pristina erga te obseruantia voluntate
 permanere. Ego mi amplissime Accolte, si is esse volo quod
 beo, colam te atque amem summoperè necesse est. Cuius enim
 habeo plurà erga me amoris & liberalitatis iudicia ac mun-
 menta? Quid virtus tua? Quid humanitas? Quid illa & cetera
 & vehementer repetita amoris tui erga me significatio? Quod
 doctrina? Quid litera? per quas suauissimo vinculo commu-
 nium studiorum coniuicti inter nos sumus, parumne ista
 lent ad animum meum tibi obligandum, totumque in diu-
 nem & potestatem tuam tradendum? De tua autem in me
 neuoletia hoc velim tibi persuadeas, neque me existimare
 notificentius quicquam me assequi posse, quam abs te sic deli-
 nec aliquid animo meo accidere posse iucundius. Ludouicus na-
 dieus tuus, homo (vt mihi visus est) & peritus, & prudens, idem
 que studiosissimus tui, offendit me in via, cum lectica veherem
 quod nondum etiam eram ex recente morbo confirmatus. Cum
 eo sermonem habui de te, quem illum ad te pertulisse arbitror.
 Iter item mecum ad Vrbein faciebat Molla, summo ingenio
 summa eloquentia vir, atque is quoque amantissimus reueren-
 tium tuarum. Sed est quod mihi ignoscei a Ludouico peti-
 lim. Egi enim cum eo parum sanè humaniter: qui cum sermo-
 nes inter nos confereremus, listi lecticam non iusserim. Cum
 me mei errari acriter postea penituit. Conderanti enim po-
 mihi, nihil visum est agi potuisse magis rusticè. Sed siue tempus
 quidam mentis atque ingenij ex morbo (vt arbitror) contrahi-
 siue ipsa commemoratio de te, plena lætitiæ partim, partim
 iam doloris, ita consilium mihi excussit, vt quid tam decere
 nequerim perpicere. Huius meæ culpæ, cuius recordatio etiam

mihi molesta est, & abs te, & ab illo veniam peto dari, mihi que ignoscere peto. Reliqua mea officia in te, atq; in omnis tuos fidelissime semper amantissimeque constabunt. Vale. XII. Calend. Decemb. M. D. XXXVI. Ex Vrbe.

XVIII.

IAC. SADOLETVS EPISC. CARP.
Cosmo Gerco Fani Epist. S. P. D.

Ubi vides Beccadellus familiaris tuus conuenit me, multumq; tuis verbis salutem mihi nunciauit: adiunxitq; in sermone, te molestè ferre, quod cum ego per ista loca ad Urbem prodicentis iter facerem, tu istuc non affuisses: cupereque te in meo rostru, si eadem via iter facerem, videre me, & alloqui, hospitioque excipere, quem iam antè in amorem & in beneuolentiam tuam recepisses. Quae cuncta mi optime Gerimihi abs te iucunda & grata accidere. Nam cum de te iam pridem in eam opinionem venerim, vt de virtute & humanitate tua mirificè scerentiam, multorum honorum testimonis in hunc sensum adductus: tum verò hac significatio tua erga me voluntatis & meum praesidium de te iudicium confirmat: & facit, vt te etiam mihi magis praecipua quadam beneuolentia diligendum putem: quem antea communi illo studio, quod virtuti deberet, tantum modò diligebam. Siquidem nihil est, quod me vehementius impellat ad amandum, quam cum intelligo me amari. Quod quoniam mihi ab te contigit, sic velim tibi persuadeas, neque in hinc amicitia, neque in beneuolentia studio, quicquam à viro bono desiderari conuenire, quod tibi à me non promptum & paratum futurum sit. Meque & tuam istam voluntatem, quam erga me curam ostendis, maximi facere: & tuis tantum tribuere virtutibus, vt existimem hanc modò inter nos initam amicitiam, mihi non solum voluptati, sed honori etiam permagno fore. Quare iua sentias & consuetas volo, me tibi prorsus esse amicissimum. De hospitio quòd mentionem facis: crede mihi, si te praesentem istuc ostendissem, perlibenter certè ad te diuertissem. Quid enim mihi tuo aspectu & familiaritate occurrisset dulcius? Neque reculo, si in reuersione mea in Galliam per eadem ista loca transiero, per qua, vt nunc est, transitarum me arbitror: quin ad te rectè me conuerteram, tecumq; & apud te diem & noctem sim. Sed & puera familiaresque tui, te absente eam mihi sedulitatem diligentemq; praeruerunt, vt facillè appareret ex disciplina domestica, quita, & quam liberalis hospitem receptor es. Nullum enim certè officium praetermiserunt, quod tam breui tempore, & peregrino, & hospiti potuerit praestari. In quo declararunt, cum



me tam studiosè inuitarent & colerent, quantoperè illud gratum iudicarent fore. Quæ cum omnia redeant eodem, sunt amoris erga me tui indicia atque signa: ne viam, mihi concessurus tibi sum, ut tu plus me diligas, quam ego te diligam. Itaque & pro collegio & pro amicitia, paria tibi à me studio polliceor ac defero, atque illa sunt, quæ tu in me contulisti, & fieri poterit, etiam ampliora. Sed de his satis. Ego genus tuum non desinam id & laudare summe, & admirari. Deumque immortalem quaeso, ut dignum tua ista virtute animiq; constantissimo atque euentum consilio tuo largiatur. Vale. III. Cal. Ianuarij, M. D. XXXVI. Ex Vrbe.

IACOBI SADOLETI EPISCOPI
CARPENTORACTI EPISCOPI
larum Lib. X. Epist. I.

IAC. SADOLETVS S. R. E. CARDINALIS
Herculi II. Duci Ferraria, S. P. D.

QUONIAM habeo te inter eos quos mihi semper colendos, obseruandosque proposui: putavi mihi faciendum esse, ut ad te mea mandata haberem, nuntiareque id quod mihi contigit. Ego enim nihil cogitans, ac ne cupiens quidem, sed præter opinionem meam creatus sum Cardinalis. Cuius honoris onus & splendidum, meis tamen humeris perquam graue est: non enim videtur meæ fortunæ tenuitas id posse perferre. tamen feram ut poterò: & si copiis opibusque deficiat, in eum laborabo, ut fide, integritate, amoreque in Rempublicam satisfaciam. Tibi verò præstantissime Dux, cuius nominis clarissimæque familiæ iam pridem valde deditus sum, ita mea officiaque polliceor ac defero, ut tibi cupiam persuasum esse, ut tibi imprimis præsto semper fore meque; eorum nemini qui te amant & colunt, quorum pro amplitudine & nobilitate tua, magnopropia est, vnquam concessurum: semperque ea libentissime facerem, quæ honori tibi & ornamento esse possint. Sed hæc, si vnus venerit, re magis præstabo, quam verbis. Tu vt me diligas, habeasque in numero tuorum, vehementer atque opto. Vale. Ex Vrbe, X. Cal. Ianuarij, M. D. XXXVI.